Qua occasione et Methodo in eam inciderim quam proxime ... simam judico, ad quam in hac vita aspirare licet, quaeque est Inventio Veritatis per nos ipsos.

Nova Logica seu Tractatus de arte detegendi ...

Bibliothek der Oberlausitz: Gesellschaft d. W. * GÖRLITZ *

39

Ad Lectorem.

Si quis oculo Philosophico contemplatur in=finitam praecipuè Dei potentiam, quae innu=meras easque diversissimas in tam vasto universi extenso produxit creaturas; nec minus ineffabilem ejus Sapientiam, per quam potentia haec ita dextrè applicatur, ut omnia, juxta leges ultra omnem quam credi potest modum simplices fiant, et difficillima facillimis peragantur mediis; tandem admirandam bonitatem, ex qua eadem potentia vere juxta Sapientiae inexplicabilis leges adeò be=nignè se singulis communicat, ut vilissimae aequè ac praestantissimae creaturae prospiciat: convictum certè sentiet sese, ut fateatur, mentem suam nullo gaudio ex quacunque alia consideratione naturali orto tam impensè tamque suaviter affici, ac eo ipso, quod rerum harundem contemplatione in nobis excitatur; qui insignis laetitiae gradus hac ipsa meditatione comparatus maximos inter mentis verè beatae fructus non immerito numeran=dus est.

His et similibus seriò perpensis colligere exinde mihi facile fuit, quanti momenti donum

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK